ex duobꝫ. ſ. ex ptāte ordīs ⁊ ex ptāte
iuriſdictōis. Iuriſdictio eni dat ma=
teriā. pria ḡ poteſtas clauis eſt eſſē
cialiter. ſcd'a accidētaliter. B

¶ Soli ſacdotes hn̄t claues qꝛ ſꝫ tho.
i. iiij. di. xviij. ⁊. xix. ſol' ſacdotibꝫ da
ta ē h̄ ptās a dn̄o. vbi ait. Quoꝝ re
miſeiit̄ pctā ⁊c̄. Ioh. xx. Nec obſtat
ꝙ ſoli Pe. dcꝫ ē. Tibi dabo claues reḡ
celoꝝ Mat. xvj. qꝛ iꝰ fec̄ dn̄ſ ad d'mō
ſtrādū ecc̄e vnitatē vt oēs a pet° ⁊ ſuc

ceſſoribꝰ ſuis accipent ſue ptãtis ori
ginẽ. xxiiij. q. j. q̃cũqꝫ a. c. loq̃r Et li
cet oẽs ſacerdotes habeãt ptãtẽ cla-
uiũ q̃tũ ad ordinẽ nõ tñ habẽt vſuꝫ
ptãtis. qꝛ deficit eis iuriſdictõ q̃ mi-
ſtrat materiã. vñ q̃ nõ habꝫ iuriſdi
ctõem ſup ſb̃ditos: p̃t dici qꝫ q̃tũ ad
hoc nõ habꝫ vſũ clauiũ. Sed tñ ſacer
dos malꝰ q̃uis ſit grã priuatꝰ nullo
mõ priuat̃ vſu clauiũ i q̃ ipſe nõ eſt
agẽs pñcipale. ſꝫ inſtrumentale. hec
tho. ſiẽ de. a Rap. A Hoc intelligit̃
de ſac̃dote ab ecc̃a nõ abſciſo. q̃ licet
ſit malꝰ tñ vtit̃ clauibꝫ inſtrumẽtaliẽ
⁊ loco dei ut in ſũ. con. li. iij. ti. xxxiiij
q. clxxiiij. a. clxxv. vbi ſꝫ omĩa p̃dcã
notant̃. De ß etiã ĩ. ſe. ꝗ. B.
¶ Vtꝝ ſciſmatici. heretici. excõicati.
ſuſpẽſi. ⁊ degradati habeãt vſũ claui
um Rñº ſm Tho. in. iiij. diſt. xix. Hñt
q̃dẽ vſũ in ſe q̃tuꝫ ad eſſẽtiã. ſꝫ talis
vſus impedit̃ ex defectu materie. q̃a
talibꝫ ecc̃a ſubtrahit ſb̃ditos uł ſim
plr̃ uł ad tps. vñ q̃tũ ad hoc pri-
uati ſũt vſu clauiũ. A Con. Pe. ut in
ſum. con. co. ti. q. clxxvj. B
¶ Quid operet̃ vſus clauiũ Rñº ſm
Tho. et Pe. vbi ſ̃. Opaᶻ inſtrumẽta
liter diſponẽdo ad grãm iuſtificati
onẽ nõ ãt pñcipalr̃ et immediate ip
ſam grãm et iuſtificatõꝫ efficiẽdo. qꝛ
hoc eſt ſoliꝰ dei Sed ſicut ad mũdatõꝫ
originał pc̃i in baptiſmo valet ab-
lutio. ita ad emũdatõem actuał va
let abſolutio. A Idẽ in ſũ. con. co. ti.
q. clxxvij. vbi addiᶻ ſm Tho. qꝫ ſi an̄
abſolutõeꝫ ſacerdotis aliq̃s nõ fuiſſꝫ
pfecte diſpoſitꝰ ad grãm ſuſcipiẽdaꝫ
in ipſa ↄfeſſione ⁊ abſolutõe ſaciat̃
grãm ↄſeq̃ret̃ ſi obicẽ nõ ponẽt. Idẽ
Pe. ⁊ addit qꝫ ſufficiẽter ↄtrito dat̃
ibi augmentũ grẽ. B
¶ Qualr̃ p claues ſac̃dotes dicãᶻ ſol
uere uł ligare Rñº ſm Rap. tribꝫ mo
dis. Priº ligãt ⁊ ſoluũt ⁊ oñdũt ali-
quẽ ligatũ uł ſolutuꝫ a deo. Vñ dñs
Lu. xvij. leproſos p ſe priꝰ mũdauit
deinde ad ſac̃dotes miſit q̃ruꝫ iudicio
oñderẽt̃ mũdati. A Immo videt̃ qꝫ nõ
ſolũ oñdãt abſolutũ ſed ecĩ abſoluãt
inſtrumẽtalr̃ tñ ut ſ̃. ꝗ. primo Nã li
cet verã ↄtritio reſuſcitet pc̃tõrẽ: rema
net tñ adhuc ligatꝰ. donec ſi p̃t ſac̃do
ti ſe repñtet ⁊ ab eo fuerit abſolutꝰ
Nã ↄtritio ab hac obligatõe nõ p̃t
liberare. de pe. diſ. j. nõ p̃t. ⁊ de pe. et
re. c. Omĩs Vñ et dñs Lazarũ ab eo
reſuſcitatũ dedit diſcipulꝭ abſoluẽduꝫ
Joh. xj. B. Scdõ ſoluũt qñ a pc̃tõ ſa
cramẽtalr̃ abſoluũt ⁊ ligãt ad pñaꝫ
pagendũ. A In ſũ. cõ. co. ti. clxxviij
vbi hec ponũt̃: dicit̃. qꝫ ſcd̃s modꝰ li
gandi eſt cũ ſatiſfactõeꝫ pñie impo-
nũt penitẽtibꝫ. ſoluẽdi ỽo cũ aliquid
dimittũt uł p eã purgatos ad ſacra
mẽtoꝝ ↄmuniõꝫ admittũt B Vñ leo
Papa. Xp̃s hãc p̃poſitis ecc̃e tradi-
dit ptãtem. ut ↄfitentibꝫ pñie ſatiſfa
ctõeꝫ darẽt ⁊c̃. de pe. di. j. multiplex.
Tercio ligãt uł ſoluũt p excõicatõꝫ.
Et ad iſtos oẽs modos p̃t ↄuenire il
lud Qđcũqꝫ ſolueris ſup trã ⁊c̃. qđ
locũ habꝫ cuꝫ ſacerdos iuſte iudicat
ligando uł ſoluẽdo. A Omĩa p̃dicta
pleniꝰ habent̃ in ſũ. cõ. dicta. q. clxx
viij. B De q̃ materia q̃tũ ad excõica
tionẽ vide ſ̃. Abſolutio. et ĩ. Excõica
tio p totũ. de ab abſolutõne pc̃tõꝝ ⁊
pñia vide ſ̃. Abſolutio. vj. et ĩ. Con
feſſor. et Cõfeſſio. p totũ. et ĩ. Pñia.
p totũ. et ĩ. Pc̃tm̃ p totũ. Et p̃dcãm
expoſitionẽ ligãdi ⁊ ſoluendi habes
infra. Sacerdos. ꝗ. j.

Clericꝰ pº ↄmunit̃ A Ad ß qꝫ q̃s
ſit vere clericꝰ nõ ſufficit qꝫ ſit
literãtꝰ. niſi habeat aliquẽ or
dinẽ clericalẽ uł ſaltẽ primã tonſurã
ab eo q̃ dare p̃t. A Per primã eñi tõ
ſurã q̃s ↄſtituit̃ clericꝰ. ex̃ de eta. et q̃
li. cũ ↄtingat. B Tñ q̃diu habꝫ ſolũ
primã tonſurã uł minores ordines
p̃t ſi voluerit deſerere clericatũ. ut ſ̃.
Apoſtaſia. iiij. ꝗ. ij. et. iij.
¶ Clericꝰ debet eſſe ornatus duplici
ornamento. ſ. interiori et exteriori. In
teriꝰ ornamẽtũ cõſiſtit in virtutibꝫ q̃
bus dñt eſſe ornati clerici. et p̃ipue
ſacerdotes atqꝫ p̃lati. ne alß male ſe

dentes in cathedra: cathedre iniuriā
faciāt. xl. di. multi. Exteri⁹ ornamen
tū ↄſiſtit in quatuor. Primo in inceſ-
ſu. ut nō currēdo. ſed moderato et eq̄
li greſſu incedant ut ſic maturitate;
⁊ equalitatē indicēt mentis. xl. di. Si
vlt. Nec in ſolo inceſſu. ſ; etiā q2 ocu
los linguā ⁊ oīa mēbra dn̄t clerici
ſub freno caſtitatis ⁊ modeſtie coer-
cere. vi. q. i. ex merito. xxxii. q. v. nec
ſolo. Scdō in habitu ut nō deferāt ve-
ſtes inciſas ⁊ lingulatas. A. i. fractas
Lingula eni ſm Catholicon. eſt pua
lingua ⁊ p ſilitudinē pt inciſura acci
pi veſtis q̄ in modū lingue ſolet fieri
Et inde lingulat⁹. i. ſic inciſus. Vn̄ et
in ſum. cō. li. iii. ti. vii. q. i. vbi h oia
ponunt q̄ fuerīt originalr dicta Rap-
dr: Nō deferāt veſtes inciſas. i. lingu
latas ad modū ioculatorꝝ. B. neq3 va
rii colorꝭ. nec rubeas. neq3 virides. ne
q3 nimis longas. neq3 breues. Itē ne
q3 de ſerico ſed de lana nō nimis p̄ci-
oſa. e. vi li. xli. di. Si. Et p̄cipue in hi
tu dn̄t ſe ↄformare q̄tum pn̄t illis in
ter q̄s viuūt ſuata ſp honeſtate. ar.
di. iiii. Erit ⁊ diſ. xxx. ſi q̄s virorꝝ. A
Hec oīa in dicta. q. i. in ſū. cō. vbi
etiā addit q in habitu pōt ↄp̄hendi
etiā tonſura. q2 comā ⁊ barbā dn̄t de
ponere. ex de vi. ⁊ hone. cle. Cleric⁹. i
B. Et nota q ex cā timoris pegrina
tōis ul alia ſiſi licitū eſt clerico habi
tū traſſormare. xxi. q. iiii. epi ex de vi.
et ho. cle. Clerici. ii. A. In h. c. clerici.
dr de cā timoris. In dcō vero. c. epi.
dr de cā pegrinatōis. qn̄ ſc3 longo tē
pe ambularēt ut ibi dr. De ſili cā in
dictis capitul nō dr. Nec etia3 puto
q cā pegrinatōis etia3 longiſſime ſi
cā timoris iuſta non aſſit debeat ita
habitū trāſfōrare q clericꝰ nō appare
at. Hoc eni ſtrictiſſime p̄hibet ut in c.
ↄtingit. ii. ex de ſen. excō. Sed forte p̄p
ter dictā longā pegrinatō3 licet veſ-
tes ferre breuiores. Et in p̄allegato
c. Clerici. plura alia de ſili materia po
nūt. B. Quicūq3 āt clericus virgata
ul ptita vtit veſte publice ſine cā ſi

bn̄ficiat⁹ eſt: ſuſpenſus eſt a fructuū
pceptōe p ſex mēſes. Si nō eſt bn̄fici
at⁹ ⁊ eſt in ſacris citra ſacerdotiū. p idē
tp̄s eſt inhabil ad bn̄ficiū obtinēdū.
Si hab3 dignitatē ul bn̄ficiū cū cura
ul eſt ſacdos aut religioſus eſt ſuſpē
ſus p annū a bn̄ficio. et p idē tp̄s eſt
inhabilis ad obtinēdū q̄dcūq3 bn̄fi
ciū eccīaſticum. ut in cle. qm̄ de vi. et
ho. cle. Tercio ↄſiſtit clericorꝝ ornam
tū exteri⁹ in cibo. De q̄ vide ſ. Gula p
totū. Quarto in potu. de q̄ ſ. Ebetas
. Si iii. et ſ. ſobrietas. Si. i. et. ii.

¶ Clericus hab3 deferre raſuram in
modū corone ſupra. ⁊ tonſurā capil
lorꝝ ab infra. Cui⁹ rō3 aſſignat Tho.
in. iiii. ſen. di. xxiiii. q2 corona eſt ſig
nū regni ⁊ pfectōis cū ſit circularis
Illi āt q̄ diuinis miniſteriis applicāt
adipiſcūt regiā dignitatē ⁊ pfecti in
virtute eſſe dn̄t. Cōpetit eis etiā ſbtrā
ctio capillorꝝ expte ſupiori. ne mēs
eorꝝ tpalibꝫ occupatōibꝫ a ↄtēplati
one diuinorꝝ retardet, et ex inferiori per
tonſurā: ne eorꝝ ſenſus tpalibus ob
uoluant. Cōuerſi etia3 tondet p̄pter
renūciatōem tpaliū. ſed nō radunt
q2 nō occupant diuinis miniſteriis in
q̄bus opteat eos diuina mēte cōtēpla
ri. A. Idē in ſū. cō. li. iii. vii. q. iii. B

¶ In cōuiuio clericorū ſunt p̄cipue
ſex obſeruāda que habent diſ. xliiii
Conuiuia. ut videlicet vita abſentiū
nō mordeat. Vt pn̄tes non irrideant
Vt inania ſecularium nō recitent. Vt
verba ſacre lectōis legant et audian
tur. Vt cibus nō niſi ad ſuſtentatō3
ſumatur. Et ut in principio et in fine
laudes deo referantur. hec ibi. ⁊ ca. p
reuerentia. A. In allegatis iuribus
nil dr de iſtis laudibus. ſed eadē diſ.
c. ut nō liceat. vbi dr Nō optet cleri
cos ul lapcos religioſos ante ſacrā
horam diei terciā inire conuiuia. nec
aliqn̄ clericos niſi himno dicto edere
panem. et poſt cibos grās auctori dō
referre. B

¶ Clericus d3 in bn̄ficio ſuo reſidere
⁊ in eo ſua officia implere. Et illi qui

non implent ſed voluptatibꝫ vacāt
ſm̄ Vl. nihil habēt iuris in rebꝫ eccīa
ſticis. et ſi receperūt tenētur reſtituere. Red
ditꝰ enī eccīarū ſūt ſtipēdia ſuitutum.
Vñ et iura indixerūt clericis pſonalē
reſidētiā q̄ tñ in multis caſibꝫ pmit
tūt abſentiā cōtinue vel ad tps. Tñ
q̄dq̄d ſit de foro ɔtētioſo videt̄ ſuffi
cere ad ſalutē ſi ipſe ſua curā impē
ſis ꝓuidꝫ ꝙ eccīa decēt̄ officiet̄ et ꝑ ꝯs
ſufficiēter regat̄ et ipſe honeſte vite et
moꝝ bonum exēplū ſbditꝭ oñdat et in
terdū p ſe ad locū accedat et de p̄dictꝭ
certificet̄ et q̄ñqꝫ p ſe officiū exoluat
A. Nō ſic dicit Vl. ſed ait. Et p ſe di
uinū officiū diligēt̄ exoluat et miſtret̄
ſm̄ poſſibilitatē bñficij ꝓuideat ſuffi
ciēter. vt in ſū. cō. li. j. ti. vij. q. xxix.
Et ex h̄ videt̄ colligi ꝙ clericꝰ exiſtēs
in mōꝛli teneat̄ ad reſtitutōem pcep
toꝝ ex beneficio illo tpe q̄ nō potuit
bñficio debite deſuire nec diuinū offici
um diligēt̄ ſeu ɔuenīēter exoluere p̄
ſertī ſi ſit notoꝛiꝰ cū q̄libꝫ pctōꝛ noto
riꝰ ſit ipſo iure ſuſpēſus vt p̄t colligi
ex notatis in ſū. cō. li. iij. tit. xxix. q.
iij. et v. Et idē videt̄ poſſe dici de illo
q̄ ex indeuotōne et lata negligētia ni
mis celerit̄ vel aliter diſſolute ſeu ir
reuerēt̄ dicit officiū. q̄ ſic nō diligēt̄
exoluit. et q̄ facit ɔtra p̄ceptū eccē in
ca. dolentes. de cele. miſſe. B. Tutius
tñ eſt ſi p ſe ɔtinue faciat. Reliq̄ vide
ſ. reſidētia. A. Ibi latiꝰ dr̄ de hac reſi
dētia. Et ex ibi dictis pōt patere ꝙ ñ
ſolū eſt tutiꝰ p ſe reſidere. ſed etiā eſt
nccāriū in bñficiō curato et q̄ñqꝫ etiā in
alijs. B. ¶ De tranſitu clericoꝝ de
eccīa ad eccīam vide infra Trāſitꝰ

CLericꝰ. ij. ſ. ꝙ clerici a q̄buſdā
actibꝫ ſecularibꝫ ſunt remoti.
Nō enī debēt intēdere negocia
tōi de rebꝫ vendēdis et emēdis et hmōi
ex. ne cle. vel mo. ca. j. et. lxxxviij. di.
fornicari. De h̄ infra. negociatio. ℣. ij
et ℣. ante penl̄. Itē nec q̄ſtiōibꝫ in iu
dicio ſclari. etiāſi bñficiū nō habēt.
dūmō ſint in ſacris. ſiue etiā ſint in mi
noꝛibꝫ et habeant bñficiū. et hoc niſi

p ſca miſeābilibꝫ pſoiſ. ex. de poſtu.
c. j. A. Ibi etiā dr̄ p eccā ſua. B. et lxxxvj
di. puenit vel niſi ſuā ꝉ ſuoꝝ iniuriā
pſeq̄t̄. iiij. q. vj. oibꝫ. A. Ibi non dr̄
niſi de iniuria ꝓpa. Sꝫ etiā p ɔiūctis pt
agere in q̄cūqꝫ honeſta cā ſi nccitas
immineat. vt in. c. cū ſacerdotꝭ. ex. de
poſtu. B. Itē nō poſſūt ſuſcipe gub
natōes alienaꝝ reꝝ ſeu ꝓcuratōnes
alienoꝝ negocioꝝ. Bene āt poſſūt ſu
ſcipe cautelaſ a legibꝫ impoſitas ſꝫ a
curā orphanoꝝ et viduarū q̄ indefen
ſe ſūt. A. Aut eaꝝ pſonarum q̄ max
ime eccleſiaſtico indigēt adminiclo
vt in ca. infra allegato. B. Et etiā de
licētia epiſcopoꝝ gubernacula eccleſi
aſticarū rerum. vt in dicto. c. perue
nit. Et vide ſ. Tutela. ℣. ij. et. iij. An
vero clericus poſſit exercere aliq̄d ar
tificiū. vel culturā poſſeſſio[m] et hmōi
vide infra. Negociatio. ℣. penl̄. Et
an poſſit exercere offi[m] tabellionatꝰ
vide infra. Tabellio. ℣. ij.

¶ Clerici nō debent miniſtrare in ta
berna. nec in ea cōmedere vel bibere
niſi cā nccitatꝭ in pegrinatōe. xliiij.
di. nō optet. j. et. c. nulli. et. c. Clerici

¶ Clerici qui relicto clericali habitu
portāt arma. ſi tcio moīti nō ꝯponūt
pdūt ꝓuilegiū clericale. ex. de ſen. ex
cō. in audiētia. Silr̄ etiāſi nō ſint mo
nitia immiſcent ſe tirannidi et enoꝛ
mitati. ex. de ſen. excō. Cūꝫ nō ab ho
mine. poſſūt tamē arma portare mō
quo dr̄. ſ. Bellū. ij. ℣. j.

¶ Clerici goliardi ā buffones A. i. io
culatores vt pꝫ in tex ſ. allegato. et
glo. ibi dicit. ꝙ primū ē vulgaē gal
licū. ſcōm vulgare tuſcorū. B. ſi h̄ p
annuꝫ exercuerint carēt ꝓuilegio cle
ricali. A. ſcꝫ omī vt in tex. p̄dicto. B
Et eodē mō ſi minori tpe et admoīti
ñ deſtiterāt ex. de vi. et ho. cle. clerici. li.
vj. A vbi pꝫ ꝙ reqri[2] trina mōitō. B

¶ Clerici qui carnificiū macellaioꝝ
ſeu tabernariorū officiū publice faci
unt. A. pſonalit̄. vt in. c. ſ. allegato
B. ſi tercio moniti A. noīatim. vt ibi
B. nō deſiſtant ſeu reſumāt. et ſi ſunt

cōiugati pdunt priuilegiū clericale
A. omnino. ut ibi. B Nō cōiugati vō
q̄ incedūt ut laici pdūt in pſonis. A
Sed ſi nō incedant ut laici pdūt in re
bus tm̄. ut ibi. B Q̄diu hoc agūt. A
In textu de. ꝯpo ceſanis ad literam
ſic dr̄ Si moniti ab hijs nō deſtiterīt
aut ipa ut p̄miſſū eſt exercēdo p̄ſiſ
terīt q̄ncūqꝫ ꝯiugat̄ omnino. nō cōiu
gati vō in rebꝫ. et ſi oīo incedāt ut lai
ci in pſonis p̄uilegiū clericale q̄diu
p̄miſſis inſtiterīt eo ipſo amittāt. B
ex̄ d. vi. et ho. de. Clerici. li. vj. dioce
ſanis in cle. eo. ti. A In p̄dicto. c. cle
ci. nihil de h̄ ponit̄ ſed ſolū qd̄ dictum
eſt in p̄cedenti. ꝯ. B.

¶ Cleric9 ꝯiugat9 ſi ꝯtraxit cū vnica
et virginea deferat tonſurā ⁊ veſtes
clericales retinet priuilegiū clericale
in duobꝫ. ſcꝫ ꝙ pcutiēs eū ē excōica-
t9. et nō p̄t diſtringi nec ꝯdēnari a iu
dice ſeculari. nec ciuilr̄ nec criminalr̄
In ceteris vō nō retinet Itē ſi nō de-
fert tonſurā ⁊ habitū in nullo r̄tinet
ex̄ de cle. ꝯiu. Clerici. li. vj. Quō cleri
c9 p̄t iudex eē uł iudicari ꝯ. iudex. ij. ꝯ.
j. et. vj. Et p q̄s act9 cleric9 in minori
bus pdit priuilegiū clericale. vide ſ
Apoſtaſia iiij. ꝯ. penul. ⁊. v. Et q̄ ne
gocia clericis ſūt interdicta ꝯ. Nego
ciatio. in tribus. vlt. ꝯ.

CLeric9 iij. ſ. q̄ntū ad cohabita
tōeꝫ mulierꝝ et honeſtatē Cle
rici nāqꝫ nō dn̄t habitare cūꝫ
mulieribꝫ di. xxxij. hoſpitiolū ⁊ diſt.
lxxxj. legit̄. Nā cohabitatō eſt ali-
qn̄ adulterij occaſio. xviij. q. ij. Diffi
nim9 Excipiūt̄ mr̄. ſoror. amita ma
tertera. A. Amita eſt ſoror p̄ris. ma
tertera vō mr̄is. ſcd̄m Catho. B Et gn̄a
liter p lineā trāſuerſalē oēs ꝯſangui
nee q̄ ſūt infra ſcd̄m g̃dū ar. di. lxxxj
cū omibꝫ. Sed p lineā aſcendētiū ⁊ de
ſcēdentiū vſqꝫ ad q̄rtuꝫ gradū ar. ex̄
de ꝯſan. et af. nō dꝫ. ⁊ di. xxxij. int̄di-
xit. ⁊ di. lxxxj. cū omibꝫ. ⁊ c. volum9
Et eſt ratio qꝛ in iſtis fed9 naturale
nihil pmittit ſceli criminis ſuſpicari ex̄
de coha. cle. et mu. ⁊ nobis. ⁊ ex̄ de p̄
ſup. cū in iuuentute. A In allegatis
iuribꝫ nō clare monſtrat̄ de iſto q̄rto
gradu ad hoc ꝓpoſitū. ſed tn̄ idē dicit
rap. ut in ſū. cō. ti. iij. ti. xxx. q. xi Id
etiā dicit glo. in c. j. ex̄ de coha. cle. et
mu. aſſignās cāuā rōeꝫ videlꝫ qꝛ vide
tur ꝙ in iſta linea r̄cta amplꝰ poſſit
extēdi pmiſſio q̄ꝫ in collaterāli Et hn̄
qꝛ in linea recta q̄nto g̃d9 eſt diſtā
tior tāto eſt antiq̄or pſona ⁊ mino
ris ſuſpicōis. et p ꝯſeqns maioris p
miſſionis. xxxij. di. int̄dixit B Et hoc
intellige niſi haberēt ſecū pediſſeq̄s
uł aliq̄s mulieres ſuſpectas. A. Ad
h̄ facit. lxxxj. di. legit̄ B Porro etiaꝫ
cūꝫ p̄iuſdictis cleric9 n̄ dꝫ hr̄e immo
deratā familiaritatē. ne ꝯtēpnibil̄ ha
beat̄. xxxiij. di. q̄uinda Pn̄t etiā vl-
tra p̄dictos grad9 habitar̄. ſi eſſēt ā
tiq̄ ⁊ ſi nō ſuſpecte di. lxxxj. Femias
⁊ in p̄dicto c. int̄dixit. in fi. A Pn̄t cō
hitare aliq̄ affines ⁊ domeſtice. lxxxj
diſt. cū omibꝫ. vbi ex ꝯcilio Cartha
gin̄. dr̄ Cū omibꝫ em̄ clericis extranee
femine nō cohabitēt. ſed ſole mrēs.
auie. ⁊ matertere. amite. ſorores ⁊ fi
lie fratꝝ aut ſororꝝ. et q̄cūqꝫ ex fami-
lia domeſtica ex nc̄citate etiam ante
quā ordinarēt̄ iā cū eis habitabant
uł ſi filij eorꝝ iā ordinatis parentibꝫ vx
ores acceperūt aut ſeruis nō habēti
bꝫ in domo q̄s ducant aliūde ducere
nc̄citas fuit. hec ibi. Itē p̄t cohabita
re vxor ipſi9 clerici an̄ ordinatōꝫ ha-
bita. q̄ caſte regēda eſt lxxxj. di. vo
lum9 Qd̄ intelligit̄ qn̄ vxor iā eſt ve
tula ⁊ nō ſuſpecta. ut in dicta. q. xj et
in ſum. con. notat̄ Itē ſciendū ꝙ cūꝫ
nulla ſuſpecta dꝫ cohabitare eē ſtric
tiſſime ꝯſanguinitatꝭ. ex̄ d coha. cle.
et mu. c. j. vbi dr̄. Inhibendū q̄ꝫ eſt
ut nullus ſacerdos femias de quib9
ſuſpicio p̄t eſſe: retineat. ſꝫ neqꝫ illas
quas canones ꝯcedūt matrē: amitā
et ſororē. qꝛ inſtigante diabolo eē in
illis ſcelus ꝓpetratuꝫ repit̄ et etiā in
pediſſequis earundē Sꝫ ſi quā de hijs
neceſſitatē habēt p̄ſbiteri: habeāt in
vico aut in villa domum longe a ſua

ↄuerſatione et ibi eis que ſunt neceſ
ſaria adminiſtrēt. Prohibendū ꝗ̃ q̄ꜫ eſt
vt nulla femīa ad altare p̄ſumat ac
cedere á p̄ſbitero miniſtrare. aut infra
cācellos ſtare vel ſedere. hec ibi. Sꜫ vt
hēt in ſū. cō. dicta. q. xj. videt̃ aliq̄ ī
telligere hūc textū. qn̄ cōſanguinee
hn̄t ſecū pediſſeq̄s extraneas. Sed cō
tra dicere. pōderat ſuſpitōeꜫ nō ſolū pe
diſſeq̄ꝝ. ſꜫ eciam ipaꝝ ↄſanguinearū. ibi
q̄ꜫ inſtigāte dyabolo ꝛc̃. Vn̄ ec̄ ſi nō
habeāt ſecū extraneas. debꜫ ↄſāgui
neaꝝ ſuſpectarū cohitatio vitari. vt
ſup̄ ī ca. ſentit glo. dicēs. Q̃ 8 dꜫ ħ
intellige 8 ſuſpectis clericꝭ iuuenibꜫ
ꝛ mulieribꜫ ſuſpectiſ. q̄ꜫ ſi ſuſpecte ſīt
nō dn̄t ſecū manere. xxiiij. di. q̃ rūdaꜫ
Cōtraria loquū² de illis mulieribꜫ 8
q̄bꜫ nulla eſt ſuſpitio mali. Itē ſm
Goff. ꝛ Hoſt. ep̄s ꝛ religioſus indi
ſtincte n̄ pn̄t cū aliq̄ ec̄ ↄſanguinea
habitare. ar. dicti ca. q̃ rundū. ꝛ ī Au
ten. de ſcīſſimis ep̄is. ꝯ ep̄m. col. ix. ꝛ
de mōchiſ. ꝯ cogitādū colī. j. Rai. ꝟo
dicit. Licet ħ tutū ꝛ honeſtū eſſꜫ tn̄ n̄
obſtāt eis illa iura. q̄ꜫ. c. q̃ rundā. lo
q̄² qn̄ immoderātā familiaritatē ep̄s
habebat cū filia cui⁹ occaſiōe vilꝭ ac
ↄtēptibilis a ſbditis habebat̃. c. ꝟo
ſane loq̄t̃ de vxore ep̄i q̄ oio dꜫ intrare
religiōem. hec in dicta. q. xj. in ſū. cō.
Pri^m veri⁹ videt̃. Nā de religioſis ex
p̄ſſe hēt. xviij. q. ij. diffinim⁹ De epi
ſcopis ꝟo in dicto. ꝯ ep̄m. Et ſic nō 8
dignāt̃ leges ſacros canones imita
ri. ita ꝛ ſacroꝝ ſtatuta canonū: p̄ricī
pū conſtitutōnibꜫ adiuuant̃. ext. de
noui opis. nū. c. j. B.

¶ Vtꝝ cleric⁹ incōtinēſ ꝛ fornicat⁹ ſit
ſuſpēſus ꝛ debeat in officijs euitari.
R°. Quibꜫ p̄ mortali pctō eſt ſuſpē
ſus q̄ad ſe. tn̄ talis n̄ eſt ſuſpēſus q̄
ad alios nec dꜫ in officijs euitarī. niſi
ſi pctm̄ eſt notoriū. vt q̄ꜫ dānat⁹ eſt
de illo. á ſpōte ↄfeſſus eſt in iure. A.
vel etiā nō ſpōte q̄ꜫ hec diſtinctio nō
ſit in ca. q̄ſitū ꝯ allegato. vbi ecꝭ glo.
dicit. q ħ caſu ↄdēnatō dꜫ fieri p̄ ſen
tētiā diffinitiuā. B. vl̄ euidētia facti

q̄ nō p̄t aliq̄ tergiuerſatōe celari. vt
puta q̄ꜫ mulierē multū ſuſpectā tenꜫ
publice á q̄ apparēt iñ argumīta g̃
dientia ſup̄ tīrā. ex. de coha. cle. ꝛ mu
queſitū A. Ibi nō dꜫ de ſignis hmōi
euidētie ſꜫ ħ ponit Rai. vt in ſū. cō. ti.
iij. ti. xxx. q. xij. B. Et 8 hoc hēs infra
fornicatio. ꝯ. ij. Et ibi de pena clerici q̄
duxit vxorē. ꝯ. iij. ¶ Vtꝝ āt a fornica
tore liceat accipe ſacramēta. Hēt ī
Ordinat⁹. j. ꝯ. iij. A. Sup̄ hijs ꝛ ſimili
bꜫ hodie eſt facta mag̃ innouatio p̄
ↄſiliū Cōſtāciēſe. ꝛ poſtea Baſilienſe.
anq̄ꜫ recedēret in q̄ Baſil. cōcilio facta
fuit q̄dā ↄſtitutio approbāte dn̄o Eu
genio. pp̄. iiij. quā ego extraxi de libro
dn̄i cardinalꝭ Iuliani. tituli ſcē Sabi
ne q̄ vulgarit̃ dꜫ ſci angeli. q̄ p̄ſui^t di
cto ↄcilio ꝛ m̄ hāc ↄſtitutōꜫ oñdit in
camera ꝛ ſtudio ſuo Florētie. die. ij.
decēbris. M. cccc. xl. cui⁹ tenor ſeq̄t̃ et
eſt talꝭ. Ad vitādū ſcādali ac multa
picula ſbueniēdū q̄ ↄſciētijs timoratꝭ
ſtatuit q̄ nemo deinceps a ↄmūione
alic⁹ in ſacramētoꝝ adminiſtratōe. aut
alijs q̄buſcūq̄ꜫ diuinis vl̄ extra p̄textu
cuiuſcunq̄ꜫ ſn̄ie á cēſure ecclaſtice ſeu
ſuſpēſiōis á p̄hibitōis ab hoīe vel a
iure gn̄alꝭ p̄mulgate: tenea² abſti
nē vel aliquē vitare aut interdictū ec
cleſiaſticū obſeruarē. niſi ſn̄ia p̄hibi°
ſuſpenſio vl̄ cenſura hmōi fuerīt vel
ↄtra p̄ſonā: collegiū vl̄ vniuſitatē. ec
cleſiā á locū ctū á certā a iudice pub
licata vel denūciata ſpēalit̃ ꝛ exp̄ſſe
aut ſi aliquā ita notorie excōicatōis
ſn̄iaꜫ ↄſtiterit incidiſſe q̄ nulla poſſit
tergiuerſatione celari. aut aliquo iu
ris ſuffragio excuſari. nam a commu
nione illius abſtineri vult iuxta ca
nonicas ſanctiones. Propter hoc ta
mē huiuſmodi excōicatoſ. ſuſpectos
interdictos ſeu prohibitos non inte
dit in aliquo releuare. nec eis quōli
bet ſuffragari. B.

Cleric⁹. iiij. q̄ſtū ad bona tpa
lia Vtꝝ clerici poſſint hēre p̄priū
R°. Sic. xij. q. j. epi. Et ſi q̄ ca
pitula inueniāt̃ ↄria: intelligi debēt

ſm ſtatū primitiue ecclē qn̄ nihil ꝓ
um poſſidebāt uł de religioſis q̄ renū
ciauerīt ꝓpriis Et tn̄ ſicut ait Tho · ij ·
ij · q · clxxxv · Clerici nō ſic dn̄t ꝓpriū
poſſidere ut dū curā ꝓpria defectū fa=
ciāt in hiis q̄ ptinēt ad cultū dīuū · A
Alś nō pn̄t dicere ſicut cū effectu de=
bēt · ps mea dn̄s Hoc em̄ dicere n̄ pt
q̄ ex dn̄m aliqd habꝫ · xij · q · j · cleric⁹
Et ut dicit Tho · in loco p̄allegato · il
le cū deo alias ptes habꝫ cui⁹ ſtudiū
diminuit circa ea q̄ dei ſūt dū intēdit
hijs que mūdi ſūt Et p̄dictū etiā no
tat in ſū · cō · li · ij · ti · v · q · xj · B

¶ Vtrꝫ clerici poſſint facē teſtamētū ł do
natōꝫ int̄ viuos Rn̄º Si hn̄t de patri=
moniatibꝫ uł q̄ ſibi aduenerīt aliūde
puta ex ſucceſſiōe uł donatōe facta p
ſone nō intuitu ecclē uł de illis q̄ ipſi
ſibi p ſcripturā uł hmōi artificiū lici
tū q̄ſierūt indubitant pn̄t de hiis fa
cere teſtamētū uł eē donare · xij · q · iij
c · j · et · ij · ext · de teſta · ad hec · a ca · q2
nos · Et hec etiā hn̄t locū ſi cleric⁹ ſit
in ptāte pr̄is ł aui ꝯſtitut⁹ · C · de epi
a cle · Auten · p̄ſbiteros licet in aliis
pſonis ſec⁹ ſit ut ·ī· peculiū De rebus
āt eccliaſticis mobilibꝫ a immobilibꝫ
nō p̄t cleric⁹ teſtari ſed p̄t de mobili=
bꝫ a fructibꝫ pceptis in egritudine cō
ſtitut⁹ dū tn̄ ſit ꝯpos mentis cōferre
paupibꝫ a religioſ loc · a hiis q̄ ſibi
honeſte ſeruierūt · ut in dcō c · ad hec
a ex de teſta · relatū · ij · A Hoc eciā p̄ōt
cleric⁹ videlꝫ donare de rebꝫ mobilib⁹
fructibꝫ a ſiłibꝫ ex iuſta cā dū ſan⁹ ē·
dūmō tpate · ex de dona · ceterū a c · ad
aplice Et notat in ſū · cō · eo · ti · q · xij
eē ꝯſanguineis q̄ ſibi honeſte ſeruie
rūt dicto · c · relatū · ij · de teſta · B De cō
ſuetudine tn̄ clerici alicubi teſtant de
fructibꝫ a rebꝫ mobilibꝫ ecclē acq̄ſitꝭ
tn̄ de iure ꝯtra eſt · ut in p̄dictis capi
tulꝭ a iuribꝫ A Et ut nōt in ſū · cō · dcā
q · xij · ſm Vl · de hmōi rebꝫ teſtari nō
eſſet illicitū · niſi qꝛ in fauorē ecclīaꝝ p
hibitū eſt vn̄ eē qꝛ dō ſuadet oppoſitū
credo vbi hec ꝯſuetudo eſt ꝙ de rebꝫ ec
cleſiaſticꝭ mobilibꝫ poſſint clerici facē
teſtamētū · hec ille Hoc intellige verꝫ
n̄ de ſacris vaſis Sup hiis em̄ nullaꝫ
nō ſolū donatōꝫ · ſed nec alienatōem
pn̄t facē clerici · xii · q · ii · ca · ii Niſi for
te haberēt ſupflua vaſa Nec ex aliis
mobilibꝫ poſſꝫ debitꝭ ſatiſfieri · x · q · ii ·
hoc ius Et forte idē poſſꝫ dici in aliis
ad dīuū cultū deputatꝭ · ar · ca · ſi · ex de
teſt · Immo idē eſt eē de aliis · n̄i forte
ꝯſuetudo foret ꝙ cleric⁹ teſtaret de mo
bilibꝫ q̄ recepit ut ſtipēdia pſonalia
de aliis do nō p̄t teſtari · ut nōt dn̄s
Antho · in c · relatū · ii · de teſta · a dn̄s
Dominicus de ſācto Geminiano · in
c · p̄nti · de offi · or · li · vj · B

¶ Quis ſuccedit clerico ab inteſtato ·
Rn̄º In bonis acq̄ſitꝭ p ecclīaꝫ ſuccedit
ecclīa ſꝫ in aliis ſuccedūt ꝯſāguinei ſꝫ
ordinē iuris q̄bꝫ deficientibꝫ ſuccedit
ecclīa · xii · q · v · c · ſi · A Poti⁹ videt c · pe
nult · qđ incipit Quicūqꝫ B · ex de ſuc
ce · ab inte · j · a · ii · c · cū dilect⁹ in ſi · Et
de hꝫ caſu hēs diffuſe ·ī· Succeſſio · C · ii ·
A Noīe āt ecclē non ep̄s uł ſucceſſor
clerici moriētꝭ vbi ē collegiū clericoꝝ
ſed cōis ꝯgregatō intelligi² q̄ reꝝ illa
rū rebꝫ canonicā diſtributōꝫ a curaꝫ
hāe Vbi āt in loco defūcti tm̄ vn⁹ eſt
ordinari⁹ is ea bona habebit · dcō · c ·
relatū · ii · ex de teſta · B

¶ Quid ſi neſcit vtrꝫ res fuerint ec=
cleſie ł pſone Rn̄º Preſumūt oīa eē
ecclē Si tn̄ ꝯſtat eū habuiſſe res q̄ nō
erāt ecclē ſꝫ pſone et dubitat de q̄bus
p̄ſumit p eo q̄ eſt in poſſeſſiōe rei de
qua eſt queſtio · vn̄ ſi p⁹ mortē ecclā
inuenit in poſſeſſiōe heredibꝫ incūbit
pbatio Sed ſi heredes ſūt in poſſeſſio
ne pbabit ecclā ar · xii · q · iiii · c · j · et · q ·
v · c · j · in ſi · Et ſi poſſeſſio eſt omnino
ꝯfuſa nihil pbat ·ī· Succeſſio · C · ii · A
Ibi dicit ꝙ eq̄lis rebꝫ fieri diſtribu°
inter ecclām a cōſanguineos ſeu here
des niſi forte quis ex ſeruo factus ſit
clericus · tunc em̄ fiet qđ dicit ex de ſuc
ce · ab inte · c · ii · vbi hoc idē dicit glo ·
a ut notat in ſū · cō · li · ii · ti · v · q · xiij ·
Rap · etiā cō · p̄dictis de onere pbādi
a ꝙ de ſeruo facto clerico intelligatur

dictum.c.ij.vbi dicit φ peculiū dece
dētis debꝫ diuidi in.iiij.ptes q̄rū vna
epō altera ecc̄e.tercia paupibꝫ.q̄rta
pentibꝫ aſſignet᷑.et ſi pentes nō ſint
ep̄s eam recipiat et in vſū eccleſie dili
genter diſtribuat.B.
¶ Vtrū clerici ſiue p̄lati q̄ bona eccāꝝ
ɔſumūt in vſus illicitos ſint raptores
R⁰.ſm Rap.Clerici q̄ ɔſanguineis ⁊
potētibꝫ.diuitibꝫ meretricibꝫ hiſtrio
nibꝫ et ſiſtibꝫ bona eccāſtica paupib⁹
debita tribuūt:raptores ſūt.qꝛ q̄d⸗
q̄d habent paupū eſt.xvj.q.j.c.ſi.
Nam paupibꝫ debēt᷑. Vn̄ tales cleri
ci tenēt᷑ ad reſtitutōꝫ oīm paupibꝫ ꝉ
in vtilitatē ecc̄ie.xij.q.ij.gl͡a.et.c.et
ſi illi.Et peccāt mōꝛtlit᷑ n̄ ſolū qꝛ pau
pibꝫ ſubtrahūt:ſed etiā q̄m turpibꝫ ꝑ
ſonis tribuūt.lxxxvj.di.q̄ venatori⸗
bꝫ.et.c.donare.Et q̄d dictū eſt de cō⸗
ſanguineis.intelligēduꝫ eſt ſm Wil.
qn̄ dat᷑ eis non vt paupibꝫ.ſed vltra
ſtatū ɔditōis eoꝝ.A.Idē in ſū.cō.li.
ij.ti.v.q.xiiij.Vbi q̄ ad diuites et po
tētes d̄r q̄n̄do eis dat᷑.nō ꝓpt᷑ aliquā
cām licitā et honeſtā.ſed ꝓpt᷑ fauorē et
pompā ſeculi.B.Sil̄r ponit᷑ p Tho.
ij.ij.q.clxxxv.de ep̄is.Dicit enī φ ſi
diſtincta ſint bona q̄ debēt᷑ in vſū ec⸗
cleſie ab hijs q̄ ſūt paupibꝫ et miſtrꝭ
erogāda.et ſi aliq̄d ep̄s ſibi retinuerit
de hijs q̄ paupibꝫ erogāda ſūt vel in
vſū miſtroꝝ vꝉ in cultū d̄iuī impēdē
da n̄ eſt dubiū q̄n mōꝛtlr peccat et ad
reſtitutōꝫ tene᷑.De hijs āt q̄ ſūt ſpēa
liter vſui ſuo deputata peccat.ſi im⸗
moderata ſibi retineat.et alijs nō ſb⸗
ueniat ſicut req̄rit debitū caritatꝭ.Si
vero p̄dicta bona n̄ ſint diſtincta.eoꝝ
diſtributio e⁹ ſidei ɔmitti᷑.Et ſi q̄ dē in
modico deficiat aut ſupabūdet.p̄t h̄
fieri abſqꝫ bone fidei detrimēto.qꝛ nō
p̄t hō in talibꝫ punctalr accipe illud
q̄d fieri oportet Si vō ſit multū exceſſus
nō p̄t latere.vn̄ videt᷑ bone fidei repu
gnare Et iō nō eſt abſqꝫ pc̄tō mōꝛtli
Et idē iudiciū eſt de bonis alioꝝ cleri
coꝝ.vt ponit idē Tho.in q̄dā q̄d̄libꝫ.
A.Idē in ſū.cō.li.ij.ti.v.q.xvj.vbi
q̄ꝙ ſubdit᷑.Nota etiā φ p̄lat⁹ tene᷑
de bōis amiſſiſ ecc̄e dolo et culpa lata
et leui ſm Ber.et Hoſt.ex.de offi.ar
chi.c.ea que.B.
¶ Cleric⁹ ſiue p̄lat⁹ tenet᷑ de bonis ec
cleſie ſue amiſſis ſua negligētia.do⸗
lo vel culpa.ſiue lata ſiue leui Nōtur
ex.de of.archi.ea que.Idē Hoſt.
¶ Nūq̄d cleric⁹ q̄ hꝫ ſufficiēs p̄rimo⸗
niū p̄t viuē de bonis ecc̄ie.R⁰.ſꝫ Vl.
Si deſeruit eccē p̄t viuē de bonis ecc̄ie
ei⁹.ſꝫ ſi nō d̄ſeruiat vel ī malos vſus
expēdat mōꝛtlr peccat Cō.Hoſt.Sil̄r
infra decime.iij.ꝙ penl̄.A.Idē in ſū.
cō.eo.ti.q.xvij.vbi addit᷑.φ āt dic̄
Ihero.q̄ bonis pntū ſuſtētari p̄nt ſi
q̄d ē pauperū accipiūt ſacrilegiū in⸗
currūt.xvj.q.j.c.vl.Intelligēdū ē
vt dicit Vl.cū extrēa nc̄citas paupū
h̄ req̄rit tūc etiā ſua tenēt᷑ erogare.
Hoſt.dicit φ hec et ſiles auctēs intel
ligū᷑.φ d̄ ſupfluo debēt largas eleō
ſinas facē.h̄ ibi Et ſic nō ē expectāda
extrēa nc̄citas.ſed de bonis clericorū
et ecc̄e:paupibꝫ large ſubueniēdū ē.
q̄d magꝭ ɔſonat p̄dicto.c.vl.Alr̄ n̄
eēt differētia int᷑ clericos et laicos.et
int᷑ bō ecc̄ie et bō ceterorū cū in extrēa
nc̄citate oēs de oībꝫ bonis tuꝫ eoꝝ fa⸗
cultatem teneant᷑ ꝓximo ſubuenire
lxxxvj.di.paſce.B.
¶ An q̄ male recipiūt a pſonis eccāſ
ticis teneā᷑ ad rſtitutōꝫ.R⁰.ſꝫ Rap.
Fornicarie et hmōi turpes pſone tenē
tur reſtituē ipi ecc̄e niſi forte eis fue
rit datū cā eleōſine in ſūma nc̄citate
qꝛ tūc ſūt d̄bitū.lxxxvj.di.paſce Idē
hoſt.Diuites vō et potētes q̄ receperūt
ꝑ fraudes minas.importunitates et
hmōi tenēt᷑.Et cleric⁹ qui dedit redi
mendo vexatōem ſuam excuſat᷑.ext.
de ſimonia.Dilectus.j.Si vero non
ſunt data ꝓpter p̄dicta ſed ꝓpter ali
am neceſſariam vel honeſtaꝫ cauſam
vt rōe hoſpitalitatꝭ aut elemoſine n̄
tenent᷑.ar.xj.q.iij.multos.xlij.diſ.
quieſcamus.A.Ponit exemplū Rai.
vt patet in ſū.con.li.ij.ti.v.q.xviij
q̄n̄ predicti diuites et potentes cauſa

foꝛtuito ꝓpter aliquā cām neceſſariā
uł honeſtā venerūt a impediti ñ poſ-
ſunt redire ad ꝓpria. nec inueniſt ali-
qͦd ad emendū ł nō habēt vñ emāt
et pcurāt tempate cāe elemoſine. B.
Jdē dicendū ſi erāt bñ meritia hone-
ſti viri. preſertī qꝛ iā impēderant ec-
cleſie ſeruitiū defendēdo ł patrocīnū
in cā pſtando. aut elemoſinas ꝯferē
do a hmōi qꝛ talibꝫ ecclia teneſt repen-
dere. xij. q. ij. quamqꝫ ſuffragio a ca-
eccāſticis. A. Vl. tñ utꝫ in dicta. q. xv
iij. dicit qꝛ etiā illi q̄ acceperūt ex ille
gitima cā reſtituere nō teneſt. niſi ip
ſe cleric9 ꝓpter hmōi donatōem fact9
ſit nō ſoluēdo. ſicut etiaꝫ in vſura a h̄
excepto eo q̄ extoꝛſit p fraudē uł mi
nas aut violentiā uł hmōi hic etiaꝫ
teneſt ſi cleric9 ſit ſoluēdo Si āt cleric9
nō ſit ſoluendo. teneſ ad reſtitutōem
oēs q̄ illicite accepeꝛit hec ibi. Primū
dictū veri9 vide qꝛ ſū cleic9 ſit ſoluēdo
uł non: illicite ſuſcipiēs teneaſt ad re
ſtitutōeꝫ qꝛ illicita donatio rei ecc̄e de
iure nō tenet. ex̄ de dō. c. ij. B ¶ Sed ſi
dēat fieri reſtitutio cui fiet ꝛ° Qñ nō
turpiſt dederit ſꝫ timore uł hmōi: reſti
tueſt eidē q̄ dedit alꝫ auctē ſupioꝛe ꝯ
uerteſt in vtilitatē ecc̄e uł paupibus
erogabiſt ar. xvij. q. iiij. ſi q̄s in atrio
Satis con. tho. ij. ij. q. lxij A. de h̄ in di
cta. q. xviij. dari9 dꝛ ſm Rap. ſic Cre
do qꝛ auctē iudicis pnālis dēat fieri
ecc̄e cui ſic iniurioſe ablatū eſt. ita qꝛ
illi eidē q̄ dedit niſi cū turpiſt dedit tūc
enī nō ſibi ſꝫ ſucceſſoꝛi ſuo poterit fieri
uł ſupioꝛi. ut dicit hoſt. uł in vtilita
tē ecc̄e ꝯuertaſt ł etiā eiuſdē loci pau
pibꝫ ſi hoc expedire videbiſt: erogeſt.
ar. dā. c. ſi q̄s in atrio Hoc vlti. ſ. qꝛ
deſt paupibꝫ dicit glo. Rap. qꝛ meli9
eſt ſcꝫ cū indigēt paupes ł ſatꝫ abū
det eccā. alioqn meli9 eſt qꝛ in vtilita
tē ecc̄e paupis ꝯuertaſt Jdē Vl. Sup
eo vͦo qͦd dicit Rap. de auctē iudicis
pnāl glo. ei9 dicit. ſi tñ ſup talibꝫ di
ſponēdi habeāt ptātē. B De fructib9
bñficioꝝ habeſt plura s̄. Bñficiuꝫ. ij.
p totū Cleric9 nō debꝫ recipe eccāꝫ de

mañ layci. ut. ſ̄. Eccā. j. ſ̄. penł. Cle
ric9 an debeat iurare corā layco. vide
xxij. q. vi. null9 Et habes ibi qꝛ nō p̄
ſumat iurare in man9 layci. A ſcꝫ ad
petitōem cuiuſcūqꝫ layci. ñ fuerit p iu
dicē eccleſiaſticū reqͥſit9 ut ibi. B
Coadiutoꝛ Quōd qñ ep̄s aſ-
ſumē poſſit coadiutorē vite ꝓ-
uidat9 coꝛpe. ſ̄. ij. i fi. et. ſ̄. fi.
Cognatio Triplex eſt cog̃tio.
Quedā carnał q̄ dꝛ ꝯſangui
nitas Quedā ſpūał q̄ dꝛ ꝯpī
nitas uł cognatio ſpūał. q̄ ex ꝯpīni
tate pcedit Quedā legał q̄ dꝛ adop-
tio Jſte cognatōes multiplr̄ impedi
unt mrīo^m Et iō de eis req̄re. ſ̄. impe-
dimentū. v. vj. a. vij. a. s̄. Adoptio
Commenda eccleſie. Talis cō-
mēda non poteſt fieri niſi per
modum qui dicitur ſupra be-
neficium primo. ſ̄. iij. in fine.
Committere alteri vices ſuas
require infra. Delegare. a in-
fra Vicarius. et inſr̄ Cōfeſſoꝛ
j. ſ̄. penult. et āñpenult.
Commodatum. Cōmodaꝛ eſt
alicui9 rei ad aliqueꝫ certum
vſum gratuita ꝯceſſio. Nam
ſi merces interuenit nō eſt ꝯmodatū
ſed locatio uł alius ꝯtractus innoīa
tus ſm hoſti. a goff. A Jdeꝫ in ſum.
con. li. ij. ti. vj. q. xviij. Et eſt locatō
qñ interuenit merces pecunie Hoc ei
caſu ſi transferſt dominium eſt vendi
tio Si vͦo non transfertur eſt locatō
ut in Jnſti. de emp. et ven. p totum.
Et de locatione et con. in principio.
Si vͦo non interueniant merces pecu
nie eſt cōtractus innominatus qui
fit quadrupliciter. videlicet. Do ut
des Do ut facias. Facio ut des Facio
ut facias. ff. de preſcriptis verbis. l.
naturalis. B
¶ Cōmodare pōt et ei cōmodari qui
pōt et ꝯtrahere. vnde non ſolū prela-
tus pōt ꝯmodare et ei cōmodari. ſed
etiā pconomus qꝛ iſte cōtrahere pōt
x. q. ij. hoc ius poꝛrectū. Porro ſi pu
pillus ꝯmodet nō eſt obligatus. ſed

ali9 ei obligat. ff. de acti. emp. a ven. l. Julian9. ꝯ. antepenl. A. Jdē in ſu. cō. co. ti. q. xx. ꝫ Hoſti. Et addit Te neť tñ pupill9 inq̄ntū locupletioꝛ fa ct9 eſt. Sic a ſi pſone nō eccīe ꝯmoda tū fuerit teneť eccā inq̄tū in vtilitatē ei9 verſū ē. B. Poſſum9 eē ꝯmodaē ñ ſolū noſtra ſꝫ eē aliena q̄ poſſidem9 ff. cōmo. l. ꝯmodare. et. l. ita. A. Jbi dꝛ Jta vt ſi fur vel predo ꝯmodauit habeat ꝯmodati actōem. Adūtēduꝫ tñ ꝙ de bone fidei poſſeſſoꝛe nō eſt du bitatio. Male fidei vō poſſeſſori ꝯmo dare nō licet p̄mo ꝯmodādo furtū cō mittit. qꝛ eſt cōtractio fraudulenta rei aliene inuito dño. ff. de furtis. l. j. Silr̃ a rē alienā r̄tinēdo rapinā ꝯmit tit. xiiij. q. v. ſi q̄d. Sed dꝛ poſſe ꝯmo dare q̄ ad hoc vt poſſit cōtra cōmoda tariū agere cōmodati. dicta. l. ita. ni ſi forte cōcurrat dñs rei cū legitimis pbatōibꝫ Nā tūc ei oīo libeā faciēda ē reſtitutō. C. de fur. l. in ciuilē B. Nō tñ lꝫ nob̄ ꝯmodare ea q̄ nobis ſūt cō modata tm̄ ad vſū nr̃m vt. ī. ꝯ. iiij.

Jn ꝯmodato debꝫ reſtitui res ipſa. di. j. ius āt naturale. Nec p̄t reſtitu tio p̄textu alicui9 dbiti retineri. C. cō mo. l. ſi. Et nō deteriorata. vt. ī. depo ſitum. ꝯ. antepenult.

Quid ſi cōmodaui tibi rē ad certū vſū ꝗ tu vteris ad aliū puta ꝯmoda ui tibi equū vſqꝫ ad certū locuꝫ. et tu pcediſ vlteri9 vel cōmodaui cū vt du ceres ad villā. a tu duxiſti cū ad bel lū. vel rē quā tibi cōmodaui cōmoda ſti alteri. Rñ°. Jn oībꝫ p̄dictis fur tū cōmittiť. niſi qñ cōmodatari9 cre debat dñm pmiſſurū a erat iuſta cā credēdi. ff. de furt. l. q̄ re. A. Jn hac. l nō dꝛ niſi de. ij. ſ. qñ excuſa a furto. ſꝫ p̄m. l. qñ tene rōe mutati vſus pbať ff. ꝯmodati. l. ſi vt certo. ꝯ. q̄nimo. a ff. de furtis. l. q̄ iumēta Et in dubio p̄ſumi dñs ñ pmiſſur9 a inuit9. ff. de furtis. l. q̄ vos. ꝯ. vetare. B. Jtaqꝫ ſi in dictis caſibꝫ res pijt vel deteriora ta eſt. ille q̄ cōmodatū recepit. indu bitāter teneť ad reſtitutōꝫ. A. Jdem

in ſu. cō. co. ti. q. xix. B.

Sꝫ nūq̄d aliter cōmodatarius te neť ſi res pijt vł deteriorať. Rñ°. Di ſtinguēdū eſt qꝛ ſi q̄s accepit cōmo datū grā ſui tm̄. vt freq̄nti9 ſolet ſiei ipſe teneť de dolo a culpa ſiue lata ſi ue leui ſiue leuiſſiā ex. eo. c. vnico. qꝛ in talibꝫ talē diligētiā q̄lē in rebꝫ ſu is debꝫ adhibē Nec h̄ eē ſufficit ſi res diligenti9 cuſtodiri potuit. ff. d ac. et ob. l. j. ꝯ. is q̄ꝫ cui De caſu vō fortuito q̄ nō accidit culpa ſua nō teneť ad re ſtitutōꝫ niſi interuenerit pactū vł mo ra. ſ. reſtituēdi vt in dicto. c. ext. ꝙ ſi ꝯmodatū fuiſſꝫ ſcm̄ grā datł. vbi grā Cōmodaui vxori clamidē vt ad me ōtioꝛ duceret tūc ꝯmodatai9 ñ tene niſi d dolo tm̄ vt. ff. eo. ſi vt certo. A. ij. ꝯ. interdū vbi dꝛ d dolo tm̄. Sꝫ hoſt. dicit ꝙ teneť h̄ caſu etiā de lata cul pa. vt ī ſu. cō. eo. ti. q. xxj vbi hec oīa notā p q̄ facit. qꝛ lata culpa equipa tur dolo. ff. dpoſiti. l. ꝙ nerua. Et ibi eē pꝫ ꝙ lata culpa dꝛ qñ minorē curā adhibꝫ alienis q̄ ſuis. B. Si vō ꝯmo datū fuerit grā vtriuſqꝫ. tūc teneť ſo lū de dolo a lata culpa. ff. eo. in rebꝫ. p̄° rñſo ad ſi. A. Jmmo h̄ caſu tene eē d culpa leui. vt notat glo. in dicta l. in rebꝫ. B. Jdē dicit Hoſti. vt pꝫ in dcā q. xxj

Cōmodās tene ꝯmoda tario. ſi ei ſciēter ꝯmodauit vaſa vici oſa ꝓpť quā cām vinū a oleū effuſū ē ff. e. l. in rebꝫ. Jtē ſi ante tp̄s reuoca uit cōmodatū. ff. eo. in ꝯmodato. A. Teneť eē de impēſ factis in rebꝫ cō modatis ſcḋm modū q̄ hēť in dicta. l. in rebꝫ. ꝯ. poſſūt. vbi dꝛ. Poſſūt iuſte cāe interuenire. de q̄bꝫ cū eo q̄ ꝯmodaſſꝫ agi deret veluti de īpēſ in valitudine ſui factiſ q̄ ꝓpť fugā req̄rēdi reducēdi ꝙ ei9 cā facte eſſēt. Nā cibarioꝝ īpēſe nāli rōe ad cū ptinēt q̄ vtēdū accepiſ ſet. Sꝫ a id qđ de īpēſ valitudīs ā fu ge diximꝰ: ad maiores īpēſas ptinē dꝫ. Modica ei īpendia vel9 ēvt ſicuti cibarioꝝ ad eūdē ptineāt. Jtē q̄ ſciēs vaſa viciōſa cōmodauit ſi infuſū vi vł oleū corruptum: effuſūue eſt. B.

COmpaternitas. Require in=
fra Impedimentū. vj.
COmmunicare .i. corp9 xp̄i ſu
mere. Quilibꝫ fidel' poſtꝙ̄ ad annos
diſcretōis puenerit cōicare tenetur
ſaltē in paſchate niſi de ↄ̄ſilio ꝓprij ſa
cerdotꝭ ꝓpter aliquā rōnabilē cām
ad tp̄s abſtineat. ex. de pe. a re. ca.
Omis. A. Rōnabilis cā eſt ad faciē
dā debitā ꝑparatōeꝫ quā negligēter
omiſit. iuxta illud .j. Cor. xj. Probꝫ
āt ſeip̄m hō a ſic de pane illo edat Nō
eñ̄ cōuenit vt q̄ multis ſeu magnis
pc̄cis fuerit inuolut9 ſtatī eē p9 ↄ̄feſſi
onē accedat ſed ſi tp̄s patit' debꝫ plu
ries ↄ̄fiteri et orōībꝫ a ieiunijs a ele
moſinis ſe mūdū a odoriferūꝫ reddere
p q̄nto tp̄e ſuo ſac̄doti q̄ ei9 nouit cō
ſcientie ſecreta viſū fuerit expedire de
pe. di. j. n̄ ſufficiat. a. c. in accuſatōne.
Nō eſt āt iuſta cā differēdi qꝛ dicat
q̄s ſe nō poſſe indulgere vl' non vult
alienū rſtituē ſeu alid ad qđ obliga
tur facē Hic eñ̄ niſi peniteat excōicā
d9 eſt de ↄ̄ſe. di. ij. ſi q̄s intrat. B. Sed
q̄ntū etatis communicās debet habe
re. vide infra. ꝶ. penl'.
¶ Quicūqꝫ cū cōſcia pc̄ti mōrtis ad
cōionem accedit peccat mōrtl'r. j. Cor.
xj. Qui manducat indigne iudiciūꝫ
ſibi mādūcat Et Bipſū ponit tho. in
iiij. di. ix. a addit ſic. Qđ aliq̄s ſit a
pc̄tō oīno immunis nō p̄t p ctitudīe
ſciri. j. cor. iiij Nihil m̄ ↄ̄ſci9 ſū. ꝧ in h
iuſtificat9 nō ſū. Pōt tñ̄ de h haberi
aliq̄ ↄ̄iectuā p̄cipue p. iiij. ſigna. ſic
dicit Ber. Pri° cū q̄s verba dei deuote
audit vt Joh. viij. Qui ex deo ē: ver
ba dei audit. Scđō cūꝫ q̄s ꝓmptū ad
bene agēdū ſe inuenit qꝛ pbatō dile
ctōis exhibitō eſt opis. vt dicit bea
tus Greg9. Tercō cū q̄s a pc̄cis ab=
ſtinēdi in futurꝫ ꝓpoſitū hꝫ. Qrto cū
de p̄teritis dolet qꝛ in hijs vera pnīa
ꝭm Greg. ↄ̄ſiſtit vn̄ ſi aliq̄s p hmōi
ſigna facta diligēti diſcuſſiōe ſue cō
ſcie ꝙ̄uis forte nō ſufficiēti ad cōio=
nē deuote accedat aliq̄ pc̄tō mōrtli in
ipſo remanēte qđ ei9 cognitōeꝫ p̄ter
fugiat nō peccat immo magꝭ ex vi ſa
cramēti pc̄ti rmiſſionē ↄ̄ſeq̄t'. A. Cō.
p̄dictis pe. vt in ſū. ti. iij. ti. xxiiij. q.
lxix. Ibi eē đꝛ ꝭm Vlri. ꝙ tale pc̄tm̄
đ q̄ ꝓxīme dictū eſt. in ↄ̄tritōe grāti
dimiſſū eſt. licꝫ nō ita plene ſicut ea
q̄ in ſpē cōfeſſus eſt. Ibi etiā đꝛ ꝭm
Pe. ꝙ ↄ̄ſcia pc̄ti mōrtlis p̄t eſſe mul=
tiplex. Quia aut illa cōſcia ſurgit ex
certitudīe ſufficiēti. vt qꝛ ſcit ſe for=
nicatū vel ſili. Aut pbabilit vt qꝛ mo
roſe delectat9 eſt a tīet affuiſſe ↄ̄ſenſū
mōrtlē. Aut ex leui. vt hō ſcrupłoſus
q̄ timet đ leui delectatōe ne fuerit pec
catū mōrtle In p° caſu ad ↄ̄muniōnē
accedēs peccat mōrtl'r. Silr in ſcđō Nā
in p° ↄ̄tēnit In ſcđō diſcrimini ſe ex=
ponit. In t'cio nō Hoc intellige verꝫ
ſi ↄ̄ſciam ſcrupuloſā deponat. ſeu illi
nō ↄ̄ſētiat. ex. đ ſē. excō. inq̄ſitōi. Ali
ter nō debꝫ accedere. qꝛ q̄dq̄d ſit ↄ̄tra
ↄ̄ſciam edificat ad gehēnā. extr̄ de ſi=
mo. p tuas. ij. Et ſbdit Pe. Si āt nō
hꝫ q̄s ↄ̄ſciaꝫ pc̄ti mōrtlis ā h eſt qꝛ p̄
pauit a diſcuſſit p̄patōe ſufficiēti di
ligētiſſīē cōſciaꝫ ſuā examinādo. a p
pitos ↄ̄ſulēdo. ā pbabili ↄ̄ſciaꝫ ſuā .ſ.
ꝓbabilr̄ examinādo a ↄ̄fitēdo ā negli
gēti In p° caſu nō peccat ꝧ remiſſiōꝫ
pc̄tōꝝ eē ſi q̄ latēt: accipit a mēt'. In
ſcđō eē n̄ peccat ꝧ tñ̄ rmiſſiōꝫ n̄ accip'
nec mēt' In t'cio vō peccat mōrtl'r a de
mē' maxie ſi negligētia ſit mag̃. ꝧ il
le. Et dꝫ itelligi ſꝫ p̄dic. ſ. ꝙ meitū cō
mūiōnis a effectus nō pdā' ꝓpt' quā
libet leuē negligentiā. B.
¶ Nō ſufficiat volēti cōicaē ꝙ ſit ſolū
ↄ̄tt9. imo ſi hꝫ copiā ſac̄dotꝭ q̄ eū poſ
ſit abſoluē peccat ſn̄ ↄ̄feſſiōe cōicādo
ſi vō n̄ hꝫ copiā tūc ſi iminet nc̄citas
cōicādi l' celebrādi. vt qꝛ tīet ſcādalū
ꝓpł'i vel iā icepit miſteriū ſac̄mēti l'
aliq̄s infirm9 amiſit loq̄lā a ē in ꝓpo
ſito ↄ̄fitēdi ꝙ̄ citi9 p̄t n̄ peccat cōicādo
h pe. et Al. Sile tho. ī. ↄ̄feſſio. ij. ꝶ. v. a
rap. ī. miſſa. ꝶ. viij. A. Id' i ſū. cō. eo. t
q. lxx. a icip' miſteiū ſa cꝛ̄i inf' cano
nē anꝙ̄ ſac̄dos ↄ̄ficiat. vtꝫ in dicto. ꝶ.
viij. ſꝫ rai. a ſic videt' p9 offertoriū. B

¶ Q̄uis exiſtēti in peccato nō liceat
ↄmunicare ut dictum eſt ſ. c. vij. vi
dēdo tamen corpus xp̄i nō peccat. At
tamen ſi interdum ꝓpt̄ humilitatem
abſtineat a vidēdo laudādus eſt ſm
Thomā in iiij. diſt. ix. Cōcordat. Al.
dicēs ꝙ pctōr non debꝫ videre multo
aſpectu. ſed eo viſo penitere pect9 q̄ſi
non ſit dign9 e9 aſpectu Heretici do
ſm eundē Tho. arcēdi ſūt om̄ino a vi
ſione. A. Idē ecī de om̄ibꝫ infidelibꝫ ut
pꝫ in ſum. cō. e. ti. q. lxxj. vbi etiā ſu
pra dicta notāt. B Silr̄ nō peccat q̄s
tangēdo cū timore a reuerētia corp9
xp̄i ut q̄ erigit hoſtiā de terra a hm̄oi
Alr̄ peccat ut dicit Inno. A. Idē in
ſū. con. eo. ti. q. lxxij. vbi dr̄ ſm Pe.
pctōr hiis caſibꝫ excuſat̄ ꝓpter nc̄cita
tem. Et idē Inno. in c. q̄d in te. ex̄ de
peni. a re. a addit ꝙ idē eſt ſi ſacdos
pctōr alicui in nc̄citate ↄſtituto euca
riſtiaꝫ tribuit. Hec videt̄ intelligēda
qñ pctōr eſt vere ↄtrit9 cū ꝓpoſito ↄſi
tendi. Al̄ eſt ꝙ ſibi poſſit imputari a
iō nō videt̄ excuſari. ut p̄t colligi ex di
ctis ſupra. c. ij. B

¶ Vtꝝ nocturna pollutio impediat
cōionē ſeu celebratōem Re° ſm tho.
in. iiij. diſti. ix. q. iiij. ar. ij. Ad hoc ut
hō digne ad ſacrm̄ eucariſtie accedat
tria req̄rūt̄. Primo em̄ requirit̄ mū
dicia ↄſciētie q̄ nō niſi p pctm̄ tollit̄
Scdō req̄rit̄ eleuatio mentis ad deū p
actualem deuotōꝫ. a h̄ intdū ſīi pcco
amittit̄ ut p mētis hebitudinē ul̄ oc
cupatōꝫ aut euagatōeꝫ Tercio mūdi
cia corpalis Vñ et celebrātes ul̄ etiā
tractātes aliq̄d ſacrū ꝓpter reuerētiā
lauant man9 Itaq̄ꝫ primo a pn̄cipa
lit̄ pctm̄ impedit Scdō indeuotio ſeu
hebitudo mētis. Tercio corpalis im-
mūdicia Et hec tria qñq̄ꝫ cōcurrūt in
aliq̄ nocturna pollutōe qñq̄ꝫ duo ex
ipſis qñq̄ꝫ vnū tm̄. Et ſm hoc hō ma
gis ul̄ min9 impedit̄. Et iō diſtinguē
dū eſt de pollutōe q̄ p̄t multiplr̄ ↄtin
gere. Et p° q̄dē ↄtingit ex ſola diſpo
ſitōe nature a nō ex p̄cedēti cogitatōe
a tūc nō eſt ſignū alicui9 pcc̄i. ſed p̄t
hebitudinē mentis inducere. ſi ſit cū
ymaginatōe ↄtingit Immūdiciā q̄dō
corpalē hꝫ. a iō ſi nc̄citas ul̄ deuo° ex
poſcat nō impedit p̄cipue qñ ſine y-
maginatōe accidit tm̄ ſi ꝓpter reuerē
tiā q̄s abſtineat : laudād9 eſt qñ tal̄
diſpoſitio nō eſt ꝓpetua Scdō do p̄t
ↄtingere ex p̄cedēti cogitatōe Et hic
dicēdū eſt ꝙ cogitatio hm̄oi turpiū
qñq̄ꝫ p̄t eē ſine pctō. ſicut cū eſt cogi
tatio tm̄ ul̄ cū q̄s diſputādo de talibꝫ
optet ꝙ loq̄ns cogitet Aliqñ eſt cuꝫ
pctō veniali. ſ. qñ cogitatio ptingit
ad affectōeꝫ a in ſola delectatōe ſinit̄
ſine vllo deliberatiuo ↄſenſu. Qñq̄ꝫ
āt mor̄le. ſ. qñ ↄſenſus adiūgit̄ Et q̄r
cogitatōi tali de ꝓpinq̄ eſt delectatio.
a delectatōi ↄſenſus : iō in dubiū uer
ti p̄t. vtꝝ ſeq̄ns pollutio ex pctō acci
derit ul̄ nō a an veniali ul̄ mor̄li Qñ
ergo ſic dubitat̄ de p̄cedēti ↄſēſu. oīo
abſtinendū eſt. Si āt nō dubitat̄. ſꝫ
exp̄ſſe iudicat q̄s ↄſenſū nō p̄ceſſiſſe
a nc̄citas vrgeat. q̄ ſi aliq̄ potior cā.
p̄t accedere aut etiā celebrarē ꝙ ſi cā
aut nc̄citas nō ſit a tm̄ celebrat : non
peccat mor̄lr̄ ſꝫ venialr̄. Meli9 tm̄ eſt
abſtinere ꝓpter reuerētiā ſacri Terciō
p̄t ↄtingē ex cibo ul̄ potu p̄cedētia tūc
idē eſt iudiciū ſic ex illa pollutōe q̄ ex
turpi cogitatōe p̄ceſſit niſi intātū ꝙ
nō ita de facili cōtigit peccare mor̄lr̄ in
ſuſcep°e cibi ſic in cogita°e turpi. Q̄r
to p̄t ↄtingē ex illuſiōe Et q̄dē ſi illu
ſiōis cā in nobis p̄ceſſit idē ē iudiciū
q̄d de cogitatōe p̄cedēte Si āt in nob
cā nō p̄ceſſit p̄mo poti9 ↄtraria cā et
freq̄nt̄ accidit a p̄cipue in diebꝫ in q̄
bꝫ q̄s cōicaē dꝫ ſignū eſt ꝙ dyabol9
hoi fructū eucariſtie auferre conat̄ vñ
in tali caſu ↄſultū fuit cuidā mōcho.
ut in collatōibꝫ pꝫ : legit̄ ꝙ cōicaēt Et
ſic dyabol9 vidēs ſe nō poſſe ↄſeq̄ in-
tētū ab illuſiōe ceſſauit Gn̄alr̄ tm̄ q̄r
cā ex q̄ ↄtigit nō p̄t ita pcipi de facili
tuti9 ē ſp abſtinē niſi nc̄citas incūbat
ſꝫ dꝫ abſtinē vt dr̄ ad. xxiiij. horas q̄r
in tali ſpaciō natura que per corpora
lem imundiciā a mentis hebitudinē

fuerat deordinata reordinatͬ. A. Jdē
in ſū. con. ti. iij. ti. xxiiij. q. lxxiij. vbi
etiā dr. ſm Tho. ꝙ pollutꝰ niſi pollucō
habeat ortū ex pctō mortali. deberet
celebrare ꝓ alio q̄ eſt in pctō morta
li. ne ille celebrādo pccaret moꝛľr. B.

¶ Corpꝰ xp̄i a ieiunis tm̄ debꝫ papi
vij. q. j. nihil de ꝯſe. di. ij. liqdo. qꝺ in
reuerētiā tāti ſacramēti inſtitutū eſt
niſi ꝓpt nccitatē imminētis mortis
ne cōtingat ſine viatico ex hac vita
trāſire. Et tñ ſciendū ꝙ duplex eſt ie
iuniū. ſ. nature ⁊ eccie. Jeiuniū natuē
eſt qꝺ importat priuatōeꝫ cuiuſcū q̄
paſſūpti ꝑ modū cibi vel potꝰ. ⁊ ta=
le ieiuniū reqrit ad hoc ſacramētum
recipiendū. Nec refert vtꝝ aliqd nu
triat vel nō. aut ꝑ ſe aut cū alijs ā ci
bi aut etiā mediane in q̄tūcūq̄ pua
q̄titate dūmodo ſumatͬ ꝑ modū cibi
vel potꝰ. nō licet h̄ ſacrm̄ accipe. Re=
liq̄e tñ cibi remanētis in ore ſi caſua
liť in ore trāſglutiātᷓ n̄ impediūt ſūp
tōꝫ hmōi ſacramti qꝛ nō traiciūᷓ per
modū cibi aut potꝰ ſꝫ ꝑ modū ſaliue qꝺ
vitari nō p̄t. Aliꝺ eſt ieiuniū eccie qꝺ
inſtituitͬ ad carnis maceratōꝫ. ⁊ ta=
le ieiuniū nō ſoluitͬ ꝑ p̄dicta. qꝛ non
multū nutriūt ſꝫ magis ad alterādū
ſumūtͬ. A. Jdē in ſū. cō. co. ti. q. lxiiij
vbi etiā dr ſm Tho. ꝙ ſiľr nō impe=
diūt ꝯmuniōeꝫ ſi caſualr ſumātͬ reli
q̄e aq̄ vel vini qbꝫ os abluitͬ. dūmō
nō traiciātur in magna q̄titate. B.
Porro eccia diē naturālē incipit a me
dia nocte. ⁊ iō ſi pꝰ mediā noctē. ali
qs ſūpſit aliqd ꝑ modū cibi ⁊ potus
nō p̄t ea die hoc ſacrm̄ ſumē. Pōt vo
ſi añ mediā noctē. Nec refert vtꝝ pꝰ
cibū vel potū dormierit ā etiā digeſtꝰ
ſit q̄tū ad rōem p̄cepti. Refert āt q̄
tū ad ꝑturbatōꝫ mētis ꝗ quā paciūtͬ
hoīes ꝓpt inſōnitatē vel indigeſtiōeꝫ
ex qbꝫ ſi mēs multū ꝑturbeᷓ hō reddi
tur ineptꝰ ad ſuſceptōeꝫ hmōi. Hec
Tho. in. iij. pte. q. lxxx. A. Jdē in ſū.
cō. q. lxv. B. dubiū occurrēs ſup ſūp
tione a ieiunis vide. ꝟ. Eucariſtia. iij.
ꝟ. vj. in fi.

¶ Vtꝝ pꝰ factā cōionē liceat ſtati cō
medē. Rñ°. ſm Tho. ij. ij. in. iij. pte. q.
lxxx. Jn ſuſceptōe hmōi ſacri reqritͬ
magna deuotō q̄ qde magis impedi
tur ꝓpt p̄cedētia q̄ ꝓpt ſeqntia. ⁊ iđo
magis eſt inſtitutū ꝙ hoīes ieiunēt
añ ſūptōeꝫ q̄ pꝰ. Debꝫ tñ eē aliq mo=
ra inť ſumptōꝫ eiꝰ ⁊ reliqs cibos. Vñ
⁊ in miſſa orō grāꝛ̄actōis pꝰ ꝯmu=
niōꝫ dr ⁊ q̄ ꝯmunicāt ſuas priuatas
orōes dicūt. A. Cōtra hoc videtͬ de cō
ſe. di. ij. tribꝫ. vbi Clemēs dicit. ꝙ q̄
mane cōmunicauerit vſq̄ ad ſextā ie
iunet. q̄ vo tcia vel q̄rta hora ꝯ ieiunet
vſq̄ ad veſpam. ſic ſecreta ſanctifica
tōe eťna cuſtodiēda ſūt ſacra. Sed vt
notatͬ in ſū. cō. ti. iij. ti. xxiiij. q. lxvj
Pe. dicit ꝙ h̄ decretū loqͭtͬ ſm antiq̄
tpa qñ raro celebrabātͬ miſſe ſm q̄
hāc rōem. Pe. etiāꝫ hodie obtinet in
raro celebrātibꝫ vľ in nō ſepe ꝯmuni
cātibꝫ. Puto ğ ꝙ quātū p̄t ꝯmode fi
eri etiā hodie h̄ decretū debeat ſeruari
Cōtrariū vo nō ꝓcedit niſi ex deuoti
one ideo nulla pōt ꝯſuetudine iuuari
ex. de ꝯſu. c. fi. B.

¶ Duo ſť modi mādurādi corpꝰ xp̄i
ſm Augͫ. Vnꝰ ſacramtaľr ⁊ ſic boni
⁊ mali edūt. Aliꝰ ſpūaľr. ⁊ ſic ſoli bo
ni māducāt q̄ in vnitate xp̄i ⁊ eccie
quā h̄ ſacrm̄ ſignificat. manēt. hec ma
gi. iiij. ſen. di. ix. A. Jdeꝫ in ſū. cō. co.
ti. q. lxvij. Et illi dicūtͬ manē in vni=
tate eccie ⁊ xp̄i q̄ ei cordiali fiꝺ ⁊ ope
adherēt. xxiiij. q. iij. de illis. ⁊ de ꝯſe.
di. ij. credē. Jn q̄ etiā. c. pꝫ ꝙ duplex
eſt modꝰ mādurādi ſpūaľr. Vnꝰ de=
uota fide tm̄. vñ ibi dr q̄ credͭ mādu=
cat. Aliꝰ ē fiꝺ ⁊ debita ſacri ꝑcepꝭ. B.

¶ Jnťdictꝰ. ſuſpēſus. excōicatꝰ etiā
iniuſte cōicaē nō debꝫ qꝛ in talibꝫ eſt
defectꝰ rei ſignte. ſ. vnitatiſ corpis miſ
tici ſm Pe. A. ⁊ eccie q̄ miſtice dr cor
pꝰ xp̄i. ad Ro. xij. Sic eni in vno cor=
pe. ⁊c. Et. xxiiij. q. j. Vbi ſana fides
⁊ hmōi corpis vnitas. hoc eſt ꝙ fide
les debēt inuicē vniri fide ⁊ caritate in
h̄ ſacro ſignificatͬ. Vñ ⁊ vōtͬ miſteriū vnita
tiſ ex. ꝺ ſū. trini. ⁊ fi. ca. c. j. ꝟ. Vna vo

Et p̄dictis in hoc· ꝗ con· VI· Et quo
ad excōmunicatos clarū eſt Nā etiā
minor excōmunicaꝰ ſepat a pceptō
ne ſacr̄mētoꝝ· ex· de· ſen· excō· c· penl̄·
Et regularit̄ excōmunicaꝰ ecīā iniuſta
timēda ⁊ obſuāda eſt· xi· q· iij· c· j· et
ex̄· de ſen· excō· ꝑ tuas Quo ad inter
dictos dicēdū ꝙ etiā eis denegat̄ niſi
in articulo mortꝭ ex· de ſpon· ñ ē nob̄
ɔiūcto c· qꝺ in te· de pe· ⁊ re· Quo āt
ad ſuſpēſos dicēdū ꝙ tūc eis excōmu
nicaꝰ negat̄ qñ a pceptōe ſacr̄mētoꝝ
fuerūt ſuſpēſi Secus ſi ab alijs vt p̄ōt
colligi ex notatꝭ in ſū· cō· ti· iij· ti· xxx
iij· q· lxxxj· ad ſi· vbi ptꝫ ſm̄ Hoſti·
ꝙ ſuſpēſio nō egredit̄ t̄minos ſentē
tie date ⁊ infra· ſuſpēſus ꝑ totū· Sꝫ h̄
dēm Pe· fuit multū breue· qꝺ ponit̄ in
ſum· con· lib· iij· ti· xxiiij· queſtione·
lxxvij· in fine· B·

¶ Vtꝝ actꝰ coitꝰ m̄rioniał impediat
a ɔmuniōe Rꝰ· ſm̄ Tho· in iij· pte· q·
lxxx· Coitꝰ ɔiugał ſi ſit ſine pctō· pu
ta cā pł generādi vł cauſa reddendi
debitū nō aliter impedit ñ ſicut dēm
eſt de polluōe noctur̄ q̄ accidit ſiñ pctō
·ſ· ꝑpt̄ immūditiā corpalem ⁊ mētꝭ di
ſtractōez· In tali ergo caſu vt dicit
beatꝰ greg̊· ſūt ſuo iudicio relinq̄ndi
A· Hoc habet̄ in· c· vir· infra allega
to· B· Sꝫ q̄ voluptate domināte ɔiu
gi miſcet̄ ꝓhiberi debꝫ ab h̄ ſacr̄mēto
xxxiij· q· iiij· vir cū ꝓpa· A· Idē in ſū
cō· eo· ti· q· lxxv· Et addit̄ ſm̄ Al· ſu
ꝑ iiij· ſen· di· xxxij· ꝙ exigēs infirmi
tate ductꝰ licꝫ moneri debeat ne acce
dat· ſi tñ om̄ibꝫ modis ex deuotōe ſe
ingerat nō ē ꝓhibēdꝰ· Glo· ec̄ in· c·
oīs hō· de ɔſe· di· ij· dicit ꝙ illꝺ qꝺ ibi
d̄r de abſtinēdo ab vxore añ ɔmūiōez
ɔſiliū eſt nō p̄ceptū ꝑ̓dictū c· Sꝫ ɔ̄tre
videt ꝙ ɔmuiōez impediat oīs coitꝰ
m̄rioniał ecīā in reddēdo vt exp̄ſſe hēt̄
xxxiij· q· iiij· ſciatꝭ· Vbi Hiero· dicit·
Sciatꝭ fratres kariſſimi ꝙ q̄cūqꝫ vx
ori debitū reddit· vacare nō p̄t orōi
neqꝫ de carnibꝫ agni cōmedere dꝫ r̄cl·
Qꝺ ro d̄r ī dcō c· vir· p̄t intelligi qñ
oīo ɔſtaēt ꝙ in dicto coitu q̇s penitꝰ
immuniſ foret ab oī voluptate ⁊ mē
tis hebetudine cuiꝰ ɔtrariū p̄ſumit̄·
ut in dicto c· ſciatꝭ ⁊ in c· vir· vbi d̄r·
Licita ipſa admixtio ɔiugis ſine vo-
luptate carnis eē nō p̄t· Ergo ñ ſolū
exactio: ſꝫ etiā redditio m̄rionialis de
biti cōionē impedire regularit̄ videt̄
niſi forte neceſſitas īmineat uł q̇s ni
mis freq̄nt̄ reddere cogeret̄ ne ſꝑ vel
nimis diu careat nc̄caria cōiōe vñ ⁊
ɔſiliū Elibertanū dicit· Om̄is hō añ
ſacrā cōionē a ꝓpria dꝫ abſtinē vxore
tribꝫ aut q̄tuor aut q̇nqꝫ aut ſex ā ſe
ptē diebꝫ· de ɔſe· di· ij· Om̄is hō Et ut
pꝫ in ſū· cō· dicta· q· lxxv· Al· in ſcꝑ-
to· di· xiij· dicit Nō puto ꝙ ſic ſit faci
endū· ſi tñ alter ɔiugū inueniat̄ debi
tuꝫ reddē coactꝰ ⁊ nō expetere ⁊ h̄ fre
q̄nt̄ facē eo ꝙ alter ec̄ illo tpe ñ vult
abſtinē: ego cōicare ɔcederē illi q̄ red
dit inuitꝰ ⁊ alteri nō q̄ extorq̄t debitū
qñ nō eſt extorq̄ndū· qꝛ ɔſtat ꝙ eē il
lo tpe reddere tenet̄ ſi ꝓbabilit̄ timet
de incōtinētia alteriꝰ hec ibi· ſm̄ ḡ p̄
dicta intelligēda videt̄ ſup h̄ dcā do-
ctoꝝ· B· Et ſm̄ Al· eē pꝰ factā cōionē
nō licꝫ eo die debitū exigere nec eē ex
actū reddere ñ cuꝫ difficultate ſꝫ tñ cō
trariū nō puto eē mortale· A· Idē in
ſū· cō· ti· iij· tit· xxiiij· q· lxxvj· Et ego
credo ꝙ aīa h̄ agētis male ſe hēret et
a dīna grā arida remaneret ob tātā
irreuerētiā cū ꝓpter deuotōez et reue-
rētiā ſacramēti nō ſolū ab immūdi-
cia tali ſed etiā a materiali cibo q̄tuꝫ
ɔmode fieri poſſꝫ abſtineri deberet De
ɔſe· di· ij· tribus· B

¶ Vtꝝ immūdicia pure corpalis im
pediat cōionē Rꝰ ſm̄ Tho· in· iiij· di·
ix· Cū iſte cibꝫ nō ſit corpis: ſed mētꝭ
magis in eiꝰ ſūptōe ɔſideranda ē mū
dicia mentis q̄ꝫ corpis Et ideo diſtin
guendū eſt de īmundicia corpali qꝛ
ſi ſit ꝑpetua ſiue diuturna tē nulloꝰ
ꝓpter h̄ aliq̇s abſtinē dꝫ· ne ꝓpt̄ īmū
diciā corpis pdat̄ fructꝰ mētis· ſicut
accidit in leproſis ⁊ patientibꝫ fluxū
ſanguinis vel ſeminis Si aūt ſit tpa
